HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 13r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

aut contulit cum eis euangelium quod predico in gentibus seorsum autem his qui
uidebantur: ne forte in uacuum currerem aut cucurrissem. Sic intellegi.
ut absconditae cum apostolis gratiam euangelicae libertatis et legis absolutae
uetustatem contulerit. propter multitudinem credentium iudeorum qui
nec dum poterant xpm adimpletionem et finem legis audire quae absente
paulo uacitauerant. frustra cum currere aut cucurrisse quia putarent hierosolimam
legem uetere non sequenda. non quo paulus immuerit. nec per decem et vii.
annos falsum in gentibus euangelium predicasset. sed ut ostenderet pecco
ribus suis non se in uacuum currere aut cucurrisse sicut putauerunt
ignorantes. Sed neque titus quia mecum erat cum esset ex gentibus conpul
sus est circumcidi. Propter subintroductos autem falsos fratres qui subintrouie
runt explorare libertatem nram quam habemus in xpo ihu ut nos
in seruitutem redigerent. quibus neque ad horam cessimus subiectioni.
ut ueritas euangelii permanere apud uos. Si titus cum esset ex genti
bus nullo potuit terrore conpelli ut circumcideretur hierosolimis in
iudeorum metropoli ciuitate. in qua tanta paulus blasphemiae in
moysen flagitabatur in uidia. ut postea pene a iudeis interfectus sit.
quando a tribuno liberatur. et roma uinctus ad cesarem mittitur:
quomodo quidam putant legendum esse quibus ad horam cessimus subiecti
oni. ut ueritas euangelii permaneat apud uos. Et intellegendum
quod titus ipse quia conpelli ante non potuit ad circumcisionem
rursum circumcisus sit atque subiectus. Aut quae est ista ueritas
euangelii hypocrisi cedere iudeorum et ea quae prius
scibale estimauerit. et quasi damna contemp
serat obseruare et esse aliquid estimare cum nihil sint. Si; et ipsius
epistolae sensui ualde repugnat galathas a circumcisione reuocans
hoc in toto sermonis sui tertio agit ut doceat se hebreum. he
breis omnia quondam legis opera seruantem circumcisum octauo die
secundum legem pharisaeum. nichilominus tamen ob xpi gratiam uniuersa
contempnere. Iam cum esset hierosolimam et falsi fratres qui ex circumcisio
ne crediderant eum uellent impellere ut circumcideretur titum. nec
titum, nec se cessisse uolentem quo minus custodirent euangelii ueritatem